

153

urbe primo sagiolamus, postea castruccio non sine clade nobis
 intulerunt bellum eam nunc urbem sine periculo sine uulne
 re potestate nostra subdere ualeamus. quod si hac facultate nobis
 ablatam nunc pretermiserimus deinde a quibusdam huius po-
 puli lucra suscipiat bellumq; inde tumultusq; insurgat quis
 non merito nos culpabit. quis non carpit. quis non ultimas igna-
 uie penas subire nos dicet. quod dum liceret illam accipere
 tam socordes ignauusq; fuimus. Damna o ciues & incomo-
 da omnia grauiora sunt. sed illa maxime que nostra proueniunt cul-
 pa. Nam sua quidem ignauia incidere in mala. preterquam damno-
 sum turpe insuper est. ac sibi ipsi qui committit acerbum. Itaque
 sapientes culpam modo ab hominibus prestanda putant. eue-
 tum autem res non prestandum. Illud enim nostrum huius uero for-
 tune potestatis est duo contra. hec dici maxime uideo. Nam sunt
 qui satis uos habere monentes id quod est tuendum censeant.
 & nec impetis nec ceptis sese nouis onerando. Alij suscep-
 tionem eius urbis non improbat quidem sed absque ullo impedimento
 ueturam demum in potestatem nostram arbitrantur. hi diuina
 re non uident. superiores uero longe aberrant. Tuendum quod
 est solum ceteris. qui uero ista susceptio non pro tutela fuit eorum
 que possidemus aut superiora bella inde nobis illata non in
 periculum hec ipsa armitendi comiecerunt. Non eadem isti me-
 te in primordio proprio ac in re propria uersant. Patrimonium
 quidem semper augere querunt. atque in eo die noctisque ambu-
 lant. rei publice uero acquirere interdicit. Populus romanus patres
 nostrum nunquam orbis imperium nactus esset si suis rebus contentus
 noua cepta imperiasque refugisset. Hec sane idem proposi-
 tum est hominibus publice & priuatum. Nam publice quidem
 magnificentia proposita est. que in gloria amplitudineq; consistit.